

Franckesche Stiftungen zu Halle

Bezenstwj Kněské / Starodáwnostj / Důwody / yako y přjklady provedené

Berlička, Wojtěch Šebastian

Holomaucy, 1617

Kapitel

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-228595](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-228595)

AD LIBRVM
DE CÆLIBATV CLE-
RICORVM,

PER

R.P. SEBASTIANVM VVORT-
TIECHVM SCIPIONEM, SOCIETATIS
IESV THEOLOGVM CONSCRIPTVM.

EPIGRAMMA.

Perge liber contra, mucosaq; scommata dele
Quæ spuit è Veneris lingua profana toro.
Absq; tori socia, vitam qui ducere calebs,
Non potuit, Mystas vult sibi habere pares.
Scilicet absæcta qualis vulpecula cauda
Persuadet socijs talia damna suis.
Tu meliora doce, quæ vita exempla dederunt
Casta Sacerdotes qui placuere Deo.
In te qui pugnat, Mysta est sine coninge castus
Huic erat Exempli Regula Christe tui.
Ne timeas, Veri galea protectus, in hostes
Ire, quibus vires abstulit ipsa Venus.
Te plaudente manu excipiet, quicumq; pudoris
Cultor erit casto corpore Mysta Dei.

Decre -

DECRETVM.

PEREMPTORIUM CAELIBATVS

Lex pia connubij generatim spectat ad omnes
Omnes huic Legi, Lege subesse docet.

At heus noue Legislator.

*Si Lex connubij generatim spectat ad omnes
Omnes et Legi huic legi subesse decet;*

*Vxorem Christus cur nullam duxit? adulter
Autprocus, aut certè nescio quid fuerat.*

Nam scortatores tibi sunt, quicunq; maritam

Non ducunt: aures parcite quæso piæ;

Scimus quid tribuat uera hic Ecclesia Christo:

Qui logicā hanc docuit, doctor Adamus erat.

Et vide quā acutē concludat

Ergo genus uitæ sequitur si Mysta; ligatum

Et Christi et Sponsæ discit amoris opes:

Discit quo Christus, quo Christum Ecclesiæ amo-

Perpetuet, Celebs scire sed ista nequit. (re

*Quid enim vult? Sacerdotes debent agnoscere quo amore
Christus Ecclesiam prosequitur: in calibatu hoc non possunt,
ergo uxores ducant nec cesse est.*

O My-

O Mystas male fraude toxicatos
 O captos ratione, mente, sensu,
 Ignaros nimio nimis stupores!
 Voto calibe qui semel ligati
 Vultis mystica Christiana nosse:
 Quo Christi caleat calore sponsa,
 Sponsa quo caleat calore Christi.
 Impallescere quid iuuabit usq;
 Chartis, intuitu laborioso?
 Quo ieiunia sicca, quo perennes
 Et falsæ lachrymæ, preces diurnæ,
 Nocturnæq; abeunt labore inani?
 Christi discere mysticos amores
 Vitâ calibe si nequitis unquam?
 Hac inter thalami iocos facetos:
 Inter Oscula basiationes:
 Inter gaudia coniugum docentur
 Hoc Doctor modo matrimonialis
 Lata lege professus est apertè.
 Ohe! tam Veneris schola ista docta est?
 Vt hac tam citò prodeant Magistri,
 Vt hac tam cito prodeant Ministri,

Et

Et Myſtæ ſimul, ut ſemel Mariti

Cæperunt thalamum nouum experiri?

Ohe! quid malè ſeriate PAVLE?

Quid cælebs miſer, ò miſer IOHANNES

In Pathmo, patria quid exſul erras?

AVGVSTINE quid abdicas amicam?

Tetros cur HIERONYME in ſpecus te

Bethlemi, ſine coniuge abdidisti?

Cur CHRYSOSTOME corpore atq; mente

Virgo, ſub viduo toro recumbis?

Et quis GREGORIVM flagellat error

Magnum Pontificem, virumq; magnum,

Inter tam faciles emi puellas

Romæ tam gelido iacere lecto?

Si Chriſti nequeunt amoris ignes

Niſi in coniugij face experiri?

*At nec Chriſtus uxorem habuit, Sacerdos ſecundum ordinem
Melchizedech: & Ioannes Virgo, Paulus Cælebs, præcipua de
Chriſti Eccleſiæq; coniunctione myſteria ſcriptis prodidere.
præter innumeros alios.*

Euge quid doceas Adame profer.

Sunt inquit mea ſcripta luculenta:

Verbo ludere ſi ſinas iocoſo,

Dicam

(:)

Dicam, sunt lutulenta scripta tota,
Tota in connubij luto sepulta:
Cum dicis sine coniuge & marita
Nullum noscere posse Christi amorem.
Dic miles Veneris senex petulce
Flammis Ilia cui libidinantur:
Quo nam, quo thalamo, quibusuè vinclis
Vxorem sibi copulauit ille
Nasci virgine Matre qui volebat?
Et Ecclesia cuius esse Sponsa,
Debuit sine labe Virgo tota.
An CHRISTVM meretrícios amores
Audes dicere forte consecutum,
Qui clara tibi voce calibatam
Præmiūq; fuit laboris huius?
Qui vidit rutilo venire cælo
Sponsam virgineo decore claram:
An virgo fuit? an Lupus Luparum,
An vir coniugij iugo ligatus?
Qui raptus super astra, tertijq;
Cæli Culmina, PAVLVS ille, PAVLVVM
Nosti credo, profare, qua marita

(★★★★)

Quo-

* (.) *

*Quonam coniugio beatus, illud
Secretum penetraverit polorum,
Vt sibi similes habere vellet,
Castas corpore, corde, mente Sponsas?
Aut ergo malè, CHRISTVS egit ipse,
Aut PAVLVS male, quin male & Ioannes
Vxoris quia pratulere vinculis
Casti libera iura calibatus.
Aut Stulte & male dicit hic Adamus
Absq; coniugio sacros amores
Christi noscere calibem nequire.
Nolo pluribus explicare: namq;
Hic clarè puto me satis locutum.*

AD LEMMA
GEORGII GALLI

Ioua iuuat thalami iura: quis ergo uerat?

TRVX SATANAS.

*Inter Gallinas Gallus connubia plaudit,
Et latum clara voce Hymenea sonat.
Nō satis, ad plausum, mendacia grandia iungit
Et testes falsos in sua damna citat.*

Quis

Quis rogo connubium sanus damnauerit un-
 Et quis prætulerit, dicito Galle, lupas? (quam?
 Armigeros IESV connubia perdere clamas,
 Et damnare tori mystica vincla sacri
 Cur? quia non peragunt eadem connubia sponsi,
 Parua nec in cunis puppa choare solet.
 Esse bonū thalamos Paulus coniungere clamat:
 Sed melius, si quis virgo manere queat.
 Et se Diuini potasse oracula sensus
 Addit, & exempli se docet esse loco.
 Ergo quid insanis, thalamos si Ecclesia laudat
 Et si quis nubat, si probet esse bonum?
 Si scortatores eademq; Ecclesia damnat,
 Et mystas castos si iubet esse suos?

At cucurire pergit alis applaudentibus in suo fimeto Gallus
 At non talis erat ueterū manus inclyta Patrū
 Quæ Synodo præerat clara Nicaea tuæ.
 Illa torum mystis (sederat Paphnutius author)
 Non interdicto iure subire dedit. (DVS
 Ipse PIVS legem probat hanc laudatq; SECVN-
 Quodq; magis probat hanc (nā tulit) ipse Deus.

Et

Et quoniam IESVS uita pia norma gerenda
Noluit huic Mystas quosq₃ subesse iugo.
Quilibet immunis thalami quo uiueret, astu
Illicito miserum conficeretq₃ iecur.

Vt Gallus iste sine Gallina, ita ne versus quidem sine mendacio
esse potest.

Adeste Iambi tibia altera claudi,
Et matrimonialis huius Athleta
Si quid potestis, uentilate poppismos
Nicaea synodus lege qua iubet, fare,
Vt coniugali vinculo Sacerdotes
Arctentur omnes? quis canon refert? fare
Quid erubescis? uerbulum inuenis nullum
Audire si uis atq₃ si bene attendes
Præter SORORES, atq₃ iam senes. matres,
Fadare uel quas macula non potest ulla
Nicaea Synodus tota, lege decreta,
Abesse Mystis feminas iubet cunctas.
Paphnutius quid ergo nuptias suasisit?
Quis ista finxit? Socratem legat planè
Sozomenumq₃, uoce namq₃ prodetur
Sorex, ut istam fabulam pede explodas.

PIUM secundum sed quod ista decreta
 Laudare dicis, noce, nempe mentiris
 Tàm nunc aperta, mane quam canit GALLVS.
 Laruem scd istam detrahet tuus crede
 Gentilis, & nupturientibus Mystis
 Meliore plausu Hymeneium canet carmen.

Ad iniuges Philoconiugomystas
 Campanum et Troilum.

Excussere iugum: qui nam? sacra pura professi:
 Quale? pudicitia: quo duce? Adamus erat.
 Quales? coniugio uelare libidinis astum
 Qui docuit Mystis, Mysta, licere suis.
 At quibus? hereticis: qui? per mendacia scripta:
 Discipulos etiam dogmatis huius habet?
 Campanus clangore probat, commotus amica
 Osculo ab uxoris, basiolatq; librum:
 Hic mihi ait tandem securè gaudia prestat
 Vxori dotem filioliq; dedit.
 Troilus at tali pro libro, quid canit oro?
 Nubite nunc Mysta, nupsi ego Mysta prior.
 Troilus

❧ (:) ❧

*Troilus uxorem, sed habet quoqꝫ Troilon uxor
Myfogynos odi philogynos sed amo:
Hæc Euangelij sunt dogmata sacra libelli
Qui uetat in uiduo nempe iacere toro.
Pergite felici thalamos deducite pompa
Pro thalamo uobis hic Paranyphus erit.*

ΠΡΟΤΕΛΕΙΑ ΖΙΕΒΡΑΚΕΝΟ
et Mendicillo.

*Quod tibi tam largè mendacia carmine pangat
Cum Mendicillo pauper & ipse Ziebräk.
Noscere Adame cupis, quid tandem querat
Vxori uestem, filioliqꝫ cibum. (uterqꝫ?)*

A V T O R I.

*Si me consilium tui laboris
Conatusqꝫ tui, Pater, lateret,
Sic iucunde mihi, ac egomet esse
Iucundus ualeam mihi, uelimqꝫ,
Succensere tibi, grauiqꝫ, contra
Te posset Stomacho tuus Poëta
Ferri, nec calamo suo libellum
Commendare tuum, sit ille quamuis
Dignus quem minio lauem rubente
Et gemmis satūrem, tegamqꝫ bysso.
Quod cum sis animo, potentiaqꝫ,
Mentis tam ualidus, magisqꝫ, celsus*

Quam

Quam ne turpe tibi, uel indecorum
 Futurum timeat tuus Poëta.
 Quod sic uile tuis opus libellis
 Tractes, materiamq; scriptioni
 Tua constituas, & eruditioni
 Omni cortice despiciorem.

Nam ne singula predicationis
 Ornamenta tua sequar loquendo.
 Tu Sophus superumq; praco legum,
 Astrorumq; cadentium Notator,
 Tam dignaris has aras inire fœdas
 Quam fœdum memoratur orbe toto
 Aris aethereis uiros dicatos
 Scortis commaculare se nefandis.

O rerum quid agis Pater Poëta
 Tam iucunde tuo ac sibimet ille?
 Barris quisquilijs ineptijsq;
 Et Putri Scoria libidinosa
 Amicos Veneris beas, suesq;
 Mundum fece sua tibi mihiq;
 Aurum cum reliquis thoro solutis
 Mystis fers, retinesq; uendicasq;
 O dignum minio librum rubente?

Fidus Amicus.

